

Gen. 41. nem; tempore Ioseph pro subsidio famis clamant ad Pharaonem, agnouerant cuncti regis voluntatem appositam esse ad populi subsidium, ideo ipse assignauit ministrum, ut frumenta congregaret in horrea, Gen. 41. n. 37. At Moysis tempore etiam in tanta rerum angustia nullus audet clamare, ac loqui ad Pharaonem. Cur sic omnes obmutescunt? Viderant omnes regis voluntatem obfirmatam, ut non subueniret, nec etiam dimit- tendo populum causam tantæ deuastationis amo-

ueret: *Israel non dimittam*, Exod. 5. num. 2. Et pro tam graui causa, qua omnes peribant, & consu- mebantur, nullus etiam ex consiliariis, ac pala- tinis aliquid dicerent regi, imò vt testatur Ioseph. lib. 2. Antiq. cap. 5. applaudebant Pharaoni: Au- lici tanquam vmbra adhærent regi, & si eius vo- luntas est inclinata ad populi leuamen omnes pro ipso clamant; Si verò aduersa, etiamsi fame, ac inedia vniuersi confumentur, nullus est, qui au- deat ei repugnare, aut contradicere.

Exod. 5.

Ioseph.
Ad regis be-
neplacitum
aptantur om-
nes.

CAPVT

R. P. D. FR. IOANNIS
DA SYLVEIRA,
Commentariorum
IN TEXTVM
EVANGELICVM
TOMI QVARTI
PARS SECVNDA.



CAPVT XXXVII.

FILII ZEBEDÆI.

- Matth. 10.* Et ascendens Iesus Ierolimam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis.
- Num. 18.* Ecce ascendimus Ierolimam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabit eum morte.
- Num. 19.* Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

bunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget.

Luc. 18. n. 31. Assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierolimam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis

Num. 32. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.

Num. 33. Et postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

VERSIONES.

Syriacus n. 17. Ascensurus autem erat Iesus ad Ierusalem, & assumpsit duodecim discipulos suos inter se, & ipsos priuatim, in via.

Vatabl Pagn. Duodecim discipulos seorsim in via.

Vatabl n. 18. Tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis.

Syriacus. Et addicent eum morti.

Syriacus n. 19. Et tradent eum gentibus, & illudent ei, & flagellis cadent eum, ac suffigent eum cruci.

Enthymus. Tradent eum gentibus, ut illudatur, flagelletur, & crucifigatur.

ALTER TEXTVS.

Marc. 10. num. 33. Erant autem in via ascendentes Ierolimam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant: & assumens iterum duodecim, cepit illis dicere, quæ essent ei euentura

Num. 34. Quia ecce ascendimus Ierolimam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus.

Num. 35. Et illudent eum, & conspuent eum, & flagella-

EXPOSITIO I.



patet ex Ioan. cap. 11. n. 54. suscitato Lazaro, fugiens, ac declinans Iesus inuidiam, ac odium Pharisæorum, fecerit in ciuitatem Ephrem, ex qua imminente iam Paschate, in quo pro nostra salute occisus est à Iudæis iuxta legem ascendit Ierolimam, & hic fuit vltimus eius ascensus, & vltima profectio in Ierolimam, ut communiter obseruant expositores Iansenius, Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius à Lapide, & hic ascensus fuit valde vicinus, ac proximus morti Christi.

Ascendens Iesus Ierolimam, communiter iter in Ierusalem per ascensum explicatur in Scriptura, tum quia vna pars eius, & præcipua constituta erat in monte Sion: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, Psalm 86. n. 1. Tum etiam quia apud Hebræos frequenter ire pro ascendere ponitur, denique ascendere dicitur ad Ierusalem, ut à labore ascendendi dulcius sapiat, & gloriosius beæ celestis Ierusalem; & quia ad cælestem patriam non itur nisi ascendendo, ac vltierius progrediendo de virtute in virtutem. D. Marcus scribit: *Erant autem in via ascendentes Ierolimam, & præcedebat eos Iesus, & stupebant, & sequentes eam.* Ait Evangelista, quod Iesus præcedebat eos nimia alacritate, qua præ amore ad mortem ferebatur; & ut etiam bonus Magister viam, ac exemplum suis ostendebat eundi ad crucem, & mortem pro ouibus. *Stupebant*, seu admirabantur Christum tam deliberato animo ire in Ierusalem, vbi degebant inimici eius. Et timebant. *Et sequentes timebant.* Aliquod nempe periculum Magistro, ac sibi metipsis, ut socij eius, & tamen eum tanto vitæ discrimine Domino adherebant, & ipsum volebant deserere, & præ reuerentia non audebant eum ab itinere reuocare, nec aliquid ab eo interrogare.

Assumpsit duodecim discipulos secreto. Abulens Assumpsit, id est segregauit à turba ad loquendum

Abulens. N N n 2. eis

Eximius amor, ac reuerentia discipulorum.

Connexio rerum.

Ianct. Maldon. Barradas. Burgenf. Cornet.

Psalm 86.

D. Marcus.

Abulens.

R. P. D. F. IOANNIS
DA SYLVÆIRA
COMMENTARIORUM
IN TEXTVM
EVANGELICVM
TOMI QVARTI
PARS SECVNDATA

CAPVT